CONSTITVTIONES ET DECRETA PRIMÆ SYNODI DIOECESANÆ

Ab Eminentiſsimo, & Reuerendiſsimo D.

IO. STEPHANO

Tit. S. Agathæ S. R. E. Diacono Card. Donghio Dei, & Apoſt. Sedis gratia S. Ferrarienſis Eccleſiæ Epiſcopo habitæ diebus Octaua, & Nona Iunij 1666.



FERRARIÆ, Ex Typographia Iulij Bulzoni Giglij. 1666.
Impreſſoris Epiſcopalis.

Nos IO. STEPHANVS Tit. S. Agathæ S.R.E. Card. Donghus Ferrariæ Epiſcopus.

ÆDificauerat ſibi Deus Eccleſiam ciuitatem in quadro poſitam, virtutibus ſcilicet Cardinalibus ſtabilitam, propugnaculis ſacris ſcilicet legibus, & præceptis communitam, vt vndequaq; mille clipei pendere noſcantur, quibus inferorum nequiſſima iacula retunderentur, muro igneo circumſceptam, vt inhabitantes calore confoueat, & veneno infecta, ac diripientia repelleret.

Simili modo munitam vidimus hanc ſanctam Ferrarienſem Eccleſiam, cum primum ad eius regimen diuina gratia vocati fuimus, inuenimus etenim ipſam anteceſſorum noſtrorum vigilantia, labore, & ingenio firmiſſimis propugnaculis communitam, monitis ſcilicet, ac præceptis, atq; vidimus mille firmiſſimos clipeos ex ea pendere, decreta ſcilicet ſynodalia plura, quibus ita vndequaq; firmata ab inferorum conatibus ſuſtineretur, vt plurimum in domino lætaremur.

Totam ſubinde cum perluſtrauerimus noſtram ciuitatem, & diœceſim generali viſitatione in qua de proximo vultum noſtrarum ouium agnoſcen-

tes, comperimus, aliqua eorumdem præceſſorum noſtrorum ſynodalia decreta, vel obliuione deleta, vel executioni minime demandata, vel etiam aliqua in populorum moribus, & actionibus ita irrepſiſſe vitiata, vt noſtro muneri nouerimus non deeſſe, quæ noua vigilantia, labore, & ſtudio ad dirigendos populos in viam ſalutis, & pacis, eſſent memoriæ, & praxi reſtituenda, vel etiam aliqua de nouo decernenda.

Hinc eſt quod Dei ſummi implorata ope præmiſſis tum publicis, tum priuatis orationibus, quibus diuino afflante ſpiritu animus noſter inſtrueretur, noſtram primam ſynodum in hac ſancta Ferrarienſi Eccleſia ſub diebus octaua, & nona Iunij anni Inſtantis 1666. celebrauerimus, in qua & præceſſorum noſtrorum decreta ſynodalia præcipue ab Eminentiſſimo D. Laurentio Card. Magalotto habita, & ab Eminentiſſimo D. Card. Machiauello confirmata, & nos pariter confirmauimus; reſtituendo ea viridi obſeruantiæ, & executioni demandanda decreuimus.

Aliqua pariter decreta de nouo, rebus omnibus mature cum pluribus Theologis, & Iuriſprudentibus diſcuſſis, edidimus, e quorum obſeruantia multum ſperamus profectum reportandum.

Nec

Nec quiſquam putet nos alia, quam Patris clementia, aut paſtoris agere lenitate, dum quædam noxia, quæ forte ſenſui placent, ſubtraximus, alia vero propoſiiimus, quæ aliquid videantur habere amaritudinis, nouimus enim munus paſtoris eſſe ſuſcepto gregi ſalubria paſcua ſemper eſſe quærenda, noxias herbas, plantaſq; infectas eradicanda; ne incautæ oues cibum ſine electione capientes venenato ſucco inficerentur.

Meminerint tandem præ cæteris omnibus Sacerdotes diuino ſe oraculo, & ſalem terræ, & lucem mundi nuncupari, vt per ipſorum ſapientiam cæterorum condiantur mores,& per bona eorumdem opera errorum, & inſcitiæ tenebris eliminatis, eccleſia vndequaque reſplendeat.

Hoc autem enixè à Domino ſuppliciter depoſcimus, vt nobis, & gregi noſtro perpetua lux cæleſtis effulgeat, vt ſciamus omnes, & ſingulas oues in rectiorem viam ſalutis dirigere, aut ſi quam aberrare nouerimus, citiſſima vigilantia reuocare, & oues ipſas paſtoris voci promptiori obſequi alacritate, ita vt, nullam periſſe, aut pereuntem inueniſſe, lætandum ſit, donec omnes, ſicut mutua elaborauerimus charitate, ita cum Ieſu Chriſto primo animarum noſtrarum paſtore cæleſtibus

pa-

paſcuis ſemper virentibus per ſæcula perfruamur.

Decretum de Confirmatione Synodi.

SYnodos à noſtris anteceſſoribus habitas confirmamus, & confirmatas declaramus, atque viridi obſeruantiæ, ſi forte indigeat reſtituimus, exceptis ijs, quæ noſtris infraſcriptis decretis aliquo modo aduerſarentur; adiuuante D. N. Ieſu Criſto, & Sanctis martiribus Georgio, & Maurelio huius ſanctæ Ferrarienſis eccleſiæ Patronis.

De Sacramento Baptiſmi.

IN memoriam reuocamus, quod ſub titulo de Sacramento Baptiſmi, ex Conſtitutione Clementis V. ſtatutum eſt, vt in priuatis aulis, vel domibus pueri non baptizentur, niſi vel Regum filij ſint, vel graui vrgente neceſſitate, & periculo mortis, tempus deferendi pueros ad Eccleſiam minimè ſuppetat; quam Conſtitutionem omnimodè ſeruandam proponimus, & decernimus; Et ſi quis Sacerdos huius noſtræ Conſtitutionis Synodalis, aut immemor, aut contemptor auſus fuerit in pri-

uatis aulis, vel domibus baptizare, cuiuſcunque gradus, ſtatus, aut conditionis ille ſit pænas dabit arbitrio noſtro.

Quando autem Parochi, aut quicunque alij Sacerdotes hoc baptizandi munus exercuerint, curent tantum munus, ea qua decet maieſtate, ſcientia, & reuerentia præſtare, clara, & intelligibili voce legendo, ſignum Crucis quoties opus fuerit perfectè formando, atque formam adeò diſtinctè proferendo, vt Miniſtri maieſtas, & deuotio, Adſtantium animos in tanti Sacramenti venerationem trahat, excitet & amorem; adaptata tamen ſemper intentione ad ipſam Sanctæ Matris Eccleſiæ intentionem.

Et quoniam intelleximus alicubi morem irrepſiſſe, vt parentes eius infantis, qui primus poſt baptiſmalis fontis benedictionem baptiſmo initiatur, munus aliquod ipſi parocho baptizanti largiantur, decernimus propterea ne vllus, in poſterum parochus ea occaſione quidquam omnino velut ex obligatione exigere, aut petere audeat quin immo, ne ex ſpontè quidem oblatis accipere, aut admittere, niſi raro admodum, & cogente Vrbanitate.

De

De Sacramento Euchariſtiæ.

QVotieſcunque ad infirmos neceſſe fuerit Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum deferre, decernimus vt Parochi duas ſaltem conſecratas particulas in propria parochiali Eccleſia recipiant, & numquam in aliena, niſi vel periculum vrgeat, & neceſſitas celeriùs deferendi, ne infirmus abſque tanto Sacramento moriatur, vel niſi pluuiarum, temporum, aut viarum incommoda aliter ſuadeant; & dum tantum Sacramentum defertur ad infirmos, animaduertant omnes in manu Sacerdotis Regem Regum, & Dominum Dominantium deferri, itaut ſummæ Maieſtati, ſumma reuerentia debeatur. quà propter Parochi deferentes hoc Sacramentum, modeſtè, & graui proceſſu incedant, vt deuotionem, & reuerentiam in alijs excitare valeant; ſemperque pluribus præcedentibus, & ſubſequentibus cum luminibus accenſis ad minus octo; & eodem modo ſemper ad Eccleſiam reuertantur, dum particula, ſeu particulis, quæ ſupererunt, vbi populo benedicant, nec aliter ſequentem turbam dimittant.

Vbi verò ſunt Confraternitates Sanctiſſimi Sacra-

cramenti tam in Eccleſijs huius Ciuitatis Ferrarien. quam in Eccleſijs ruralibus noſtræ Diœceſis, ſemper aliqui ex illius confratribus ad hoc munus determinandi, in vim huius noſtræ Conſtitutiónis, & decreti, ſemper aſſocientur Sanctiſſimum Sacramentum delatum per Parochum eius Eccleſiæ, in qua Societas erecta eſt.

Parochi omninò curent ſemper habere paratas duas, vel tres ſaltem laternas ferrales, in quibus candelæ accenſæ ante Sanctiſſimum Sacramentum deferantur, ne ventorum impetu extinguantur.

Pueri minores duodecimo anno non admittantur ad ſumptionem Sanctiſſimi Euchariſtiæ Sacramenti, & poſt illam ætatem non niſi approbati, & de conſenſu Parochorum, vel ſcientiarum, aut chriſtianæ doctrinæ magiſtrorum; ſeu præceptorum; Ad quod Parochi moneant patres, & matres familias, aut quoſcunque alios puerorum cuſtodiam agentes, ne huiuſmodi pueros ad communionem prima vice accedere permittant, niſi de conſenſu, & approbatione Parochi, aut ſupradictorum, qui huiuſmodi pueros non approbabunt, niſi quos prius edocuerint ſcitu neceſſaria ad tantum Sacramentum dignè ſuſcipiendum.

De Sacramento Pœnitentiæ.

NVllus Sacerdos in aliena Paræcia audiat confeſſiones, niſi de licentia Parochorum, & hoc modo facultates à nobis, vel noſtro Vicario Generali conceſſæ, etiàm ſi id non expreſſerint, ſemper interpretentur, & intelligantur.

Quicunque Sacerdotes etiam regulares; qui in priuatis domibus, infirmorum confeſſionem Sacramentalem audierint, Parochum admoneant, ſaltem per ſchedulam, ſe id Sacramentum infirmo adminiſtraſſe, vt Parochus ſucceſſiuè munus ſuum implere valeat, & cætera Sacramenta adminiſtrare.

Caſus, & Cenſuræ reſeruatæ.

BLaſphemia hæreticalis; Crimen ſuperſtitionis cum abuſu rerum, aut verborum ſacrorum, aut cum inuocatione demonis; aut cum Hebreis.

Inceſtus in primo, aut ſecundo Conſanguinitatis, vel primo affinitatis gradu. Beſtialitas. Sodomia marium puberum, ſiue actiua, ſiue paſſiua.

Co-

Copula carnalis cum Commatre ſuſcepti; vel ſuſceptæ in baptiſmo; vel confirmatione; vel cum Iudeis.

Lenocinium contra propriæ filiæ, vel Vxoris honeſtatem; Defloratio Virginum.

Negligentia Notariorum non denuntiantium legata pia, Inſtitutiones, vel ſubſtitutiones pias &c. infrà tres menſes à die mortis teſtatoris, & mora non ſoluentium ea legata pia infrà annum.

Alloqutio cum Monialibus, vel cum alijs in Monaſterio Monialium degentibus ſine licentia, vel cum licentia obreptitia, aut ſubreptitia, ſub excommunicatione ipſo facto, tam reſpectu Laicorum, quam Clericorum in Minoribus, & ſuſpenſione pariter ipſo facto reſpectu exiſtentium in ſacris ſimili modo reſeruata; Acceſſus autèm per ſe, vel per alium, ſiuè Clericorum, ſiue Laicorum ad malum finem contra Caſtitatem quoquomodo exterius manifeſtatum; Alloqutio denique ſub quouis prætextu apertis ianuis, vel feneſtellis non habentibus Crates, ſub excommunicatione ipſo facto paritèr reſeruata.

Homicidium voluntarium quoad mandantes, & exequentes; Abortus de induſtria procuratus, & ſi ſit fætus animati habet adnexam excommunica-

tionem à S. M. Gregorij XIV. Ordinariò reſeruatam, & infantium in lecto retentorum abſq; debita cautione ſuffocatio.

De Sacramento Extremæ Vnctionis.

PArochi numquam permittant Sacramentum Extremæ Vnctionis infirmis adminiſtrari per alios Sacerdotes, quam per ſe ipſos, vel Capellanum proprium ad curam animarum approbatum; & quoties hoc Sacramentum adminiſtrauerint ſacras ceremonias ea, qua decet reuerentia, deuotione, & diſtincta verborum prolatione omninò exercere ſtudeant.

De Sacramento Matrimonij.

QVoniàm aliquibus in locis damnabilis timeatur abuſus, vt dum homines, & mulieres ad ſecundas nuptias aduenerint, quaſi in ludibrium, & contemptum die, vel nocte ſequenti in locis habitationi huiuſmodi deſponſatorum proximis, ſtrepitus fiant, carmina, aut alterius generis cantilenæ recitentur; ad hoc vitium omnimodè extirpandum, ſi fortè in noſtra

Diœ-

Diœceſi ſit; omninò prohibemus, ſtrepitus fieri, cantilenas haberi, eo quià irreuerentiam Matrimonij ſacramento irrogant, matrimonia impediant, ſcandala, rixas, & inimicitias pariant.

De Parochis.

PArochorum reſidentia quocunque iure ſtrictiſſimè præcipitur, cum ex ipſorum abſentia multa ſoleant, vel poſſint contingere mala; quibus occurrere quantum poſſumus in domino cupientes; decernimus ſtricte, & præcipimus, quod Parochi omnino reſideant in proprijs paræcijs: extra quas nemini liceat pernoctare, niſi alius Sacerdos cum facultate neceſſario in paræcia præſens ſubſtituatur; & tunc etiam de noſtra, aut noſtri Vicarij Generalis licentia; alias prò prima vice pænis pecuniarijs, & corporalibus mulctabitur arbitrio; ſi verò fuerit frequens, etiam benefitio ipſo priuabitur.

In feſto Purificationis B. V. M. candelas, quas ſolent in Eccleſia benedicere, & diſtribuere, non deferant ad domos priuatorum, ſed tantum in Eccleſijs accedentibus diſpenſent.

Et quià arma, quibus Eccleſiaſticæ perſonæ militare

litare

litare debent ſunt ieiunia, preces, & orationes, ideò prohibemus non ſolum Parochis, ſed etiam Sacerdotibus, & Clericis quibuſcunque tam Ciuitatis, quam Diœceſis noſtræ, ne arma deferant, venationes exerceant, & vt honeſtati debitæ mores reſpondeant præcipimus omnibus, & quibuſcunque Eccleſiaſticis, cuiuſcunque gradus, ſtatus, & conditionis, fuerint ne choræis, ſaltationibus, & comedijs interſint.

Et ne quiſquam verò, aut ementito pauperum etiam religioſorum habitu eleemoſinam prætextū pietatis à fidelibus deceptis extorqueat, aut lupus rapax ſub ouina pelle deliteſcens, quærat potius innocentes agnos, quos deuoret; quam ſtipem; decernimus, ne vllus audeat vmquam eleemoſinam quæritare in noſtra Diœceſi, niſi prius obtinuerit licentiam in ſcriptis à nobis, vel noſtro Vicario Generali dandam, quam teneatur oſtendere Parocho in cuius paræcia eleemoſinam quæſtuare intendit, ſub pæna amiſſionis rerum quæſitarum; quas ipſi Parochi noſtrâ auctoritate curabunt detineri, & ſtatim ad nos per litteras quidquid factum fuerit reportare, nec res retentas relaxabunt niſi de noſtro mandato.

Quià verò cognouimus ad aliquas Eccleſias parochia-

rochiales, tam Ciuitatis, quam Diœceſis noſtræ, vix de idoneis miniſtris, ac ſacerdotibus poſſe prouideri, vel ob redituum tenuitatem, vel ob populorum deficientiam, vel alia quacunque cauſa; ideò reſeruauimus, & reſeruamus nobis ius, & facultatem, duas, aut plures earum ſimul vniendi ſi, & quando cognouerimus opportunum fore, aut alicuius paræciæ ſtatum immutandi prout viſum fuerit in domino expedire.

Deniquè quia non omnes curam animarum exercentes à malo ceſſant virtutis amore, vt ſaltem abſtineant formidine pœnæ, reſeruamus nobis abſolutionem quorumlibet tactuum inhoneſtorum, quorumcunque curam animarum gerentium cum parochiana, aut confeſſarij etiam curam animarum non gerentis cum penitente.

De Examinatoribus Synodalibus.

SIcuti Examinatores Synodales de Clericorum doctrina, & moribus iudicare debent; ità pariter ſe ipſos prius iudicent, ne in quo alios iudicant, ipſi iudicari mereantur; Incorrupti omninò ſint in iudicio ferendo, neque antè examen, neque poſt eius rei cauſa quidquam, vel minimum acci-

pere poterunt ab ijs, qui ſubijciuntur examini iuxta decreta Sacri Concilij Tridentini, ad quod examinatores per nos electi antequam ad primum examen accedant iure iurando obteſtabuntur, ſe hoc munus examinandi clericos, potiſſimum ad benefitia, ſanctè, & integrè executuros, omni priuato ſtudio, & affectu poſthabito.

Non difficiliores proponent difficultates, ſed tales, quæ ſoleant frequentius occurrere, & in iudicio ferendo, non tantum ſcientiam, ſed ingenij viriditatem, & ſolertiam, morum, probitatem, & modeſtiam ſpectabunt.

Non præmoneant examinandos, neque inſtruant in difficultatibus proponendis; inquirant tamen prius, quibus moribus, & habitu incedant, quibus ſtudijs, an ſcilicèt Theologiæ morali dent operam, & diſcretionis iuditio polleant, & in omnibus curent ſeruare, quæ examinatoribus, Synodalibus à Sacro Concilio Tridentino iniunguntur.

Examinatores autem Synodales ſunt.

PErilluſtres, & VV. RR. DD.
Antonius Braccius Præpoſitus I. V. D.

Io.

Io. Ciauarnella Archidiaconus I. V. D.
Co. Scipio Nigrellus Primicerius I. V. D.
Co. Alphonſus Bonleus Decanus.
Io. Paſetus Canonicus Pænitentiarius S. T. D.
Carolus Lanzotus Canonicus I. V. D.
Andreas Bertonus Canonicus Theologus S. T. & I. V. D.
Hyeronimus Boſchetus Canonicus.
Io. Andreas Nigriſolius Canonicus S. T. D.
Ioſeph Vacarius I. V. D.
Iacobus Fantonus S. T. D. Rector Eccleſiæ Parochialis omnium Sanctorum.
Sebaſtianus Gazaronus I. V. D. Rector Eccleſiæ Parochialis S. Michaelis.
Stephanus Bertolus Rector Eccleſiæ Parochialis S. Saluatoris.
Franciſcus Bachiochus Diœceſ. Aiacij in Corſica I. V. & S. T. D. Proth. Apoſt.
P. Tho. Gazanius à dulcedo S.T. Mag. Ordin. Prædic. Prior Conuentus S. Dominici.
P. Albertus Guazzus à Vincaſtri S. T. Mag. Ordin. Prædic. Vic. S. Officij.
P. Valerianus à Foroliuio Ord. Minorum S. Franciſci de Obſeru. Guardianus Conuentus S. Spiritus.

P. Andreas Albertinus Ord. Min. Conuent. S. Franciſci S. T. Mag. & Conſultor S. Officij.

P. Io. Criſoſtomus Ord. Carmelit. S. T. Mag. & Conſultor S. Officij.

P. Laurentius à S. Io. Baptiſta Ordinis Diſcalceatorum S. Auguſtini.

P. Gaetanus Spinula) Theatini.
P. Hieronymus Noris)

P. Hyeronimus Placentia)
P. Iacobus Cremonius.) Societatis Ieſu.
P. Ioſeph Martius.)

De Iudicibus Synodalibus.

INhærentes conſtitutionibus, & Decretis Sacri Concil. Triden. Iudices Synodales decernimus, & eligimus, quibus, & à Sede Apoſtolica, & à Legatis cauſæ committantur, & à Regularibus in conſeruatores eligi poterunt iuxta conſtitutionem S. M. Gregorij XV.

Iudices autem Synodales ſunt, qui ſequuntur.

PErilluſtres, & valde RR. DD. Comes Iulius Rouerella Archipresbiter.

Antonius Bracius Præpoſitus I. V. D.
Io. Ciauarnella Archidiaconus I. V. D.
Comes Scipio Nigrellus Primicerius I. V. D.
Carolus Bernardus I. V. D.)
Carolus Lanzotus I. V. D.) Canonici.
Rainaldus Coſtabilius I. V. D.)
Andreas Bertonus Sac. Theol. & I. V. D.)
Ioſeph Vacarius I. V. D. & Prothonotarius Apo-ſtolicus.

De Eccleſiaſticis perſonis.

CLerici, qui impoſterum ordinandi ſunt ad Subdiaconatum, vt fructuoſiùs poſſint ſe ipſos Deo ſacrare, & attentiùs excogitent quantum ſit votum, quod emittent, & ſtatum, quem elegerint, teneantur per octo dies ante ſacram ordinationem loco, & modo à nobis decernendo exercitia ſpiritualia præmittere, & exercere, alioquin ad ordines non admittentur; Sacerdotes pariter antè celebrationem Miſſæ primæ iuxta laudabilem conſuetudinem, & præceſſorum noſtrorum decreta id ſimiliter præſtent.

In Choro noſtræ Cathedralis Eccleſiæ in ſacrarum horarum recitatione decantentur hymni de-

nouo à S. M. Vrbani VIII. reformati.

Sacerdotes exteri, niſi in dignitate eccleſiaſticâ fuerint conſtituti, non admittantur ad celebrandam Miſſam, neque in Eccleſijs regularium, neque non regularium, niſi oſtenderint prius licentiam in ſcriptis reportatam à nobis, vel noſtro Vicario generali; quam non obtinebunt, niſi prius approbati, quoad ſacras ceremonias, & cætera ſcitu neceſſaria prò tanto munere à noſtro ceremoniarum magiſtro, qui per ſe ipſum immediatè, non verò per alium id præſtabit.

Quia munus audiendi populorum confeſſiones requirit omnino viros ſcientia, ætate matura, grauitate morum, ac modeſtia præditos, quos ſcilicet deceat habere facultatem cælum aperiendi, & claudendi, animas ligandi, & ſoluendi proinde neminem ad illud in poſterum admittemus, niſi qui coram nobis, vel noſtro Vicario generali, & examinatoribus ſinodalibus in vnum congregatis ad minus tribus examini ſe ſubijciant ſalua ſpeciali noſtra diſpenſatione, & ab eis fuerint approbati; quinimo, vt noſtræ conſcientiæ ſecuritati planè conſultum ſit, volumus vt omnes etiam regulares, quibus huc vſq; licentia qualiſcumque, & quomodocumque, etiam abſque temporis præfinitione

conceſſa fuit audiendi confeſſiones, ſe ſe coram examinatoribus à nobis ſpecialiter ad id deputatis, atq; in vnum vt ſupra congregatis examini ſiſtant intra menſem à præſenti die Synodi computandum, alioqui eo elapſo, quiſquis huic decreto parere neglexerit, illico abſq; alia declaratione facultatem quamcumque confeſſiones audiendi ſibi prorſus reuocatam eſſe, & interdictam ſciat.

De Monialibus.

CONfirmantes, & renouantes quæcumque decreta in Synodis à noſtris præceſſoribus edicta, conſtitutiones, quocumque tempore prò bono Monialium, & Monaſteriorum regimine emanarunt, vtque ſtatui perfectionis diligentius pro munere noſtro ſtudeamus, ſequentia decernenda exiſtimauimus.

Confeſſarij Monialium ex quorum diligentia, ſcientia, prudentia, & deuotione, multum etiam Monialium proficit deuotio, & pietas, ſedulo dabunt operam, vt cogitent media, & exhortationes, quibus ſacræ illæ Virgines valeant ad cæleſtis Sponſi gratiam proficere, potiſſimum in frequentatione Sacramentorum confeſſionis, & communionis,

nionis, quæ licet ſemel tantum in menſe eiſdem, ſint ſub præcepto; tamen frequentius etiam conſulimus; vndè & ipſi Confeſſarij parati ſint ſæpius etiam in menſe Monialium confeſſiones audire, illiſque ſacram Communionem adminiſtrare, quoties earum deuotio expoſcat; caueant, tamen, ne antè ſolis ortum; vel poſt eiuſdem occaſum Monialium confeſſiones excipiant.

Non ingrediantur Confeſſarij Monaſteria Monialium niſi ad præſcriptum Sanctiſs. Domini Noſtri Alexandri diuina prouidentia Papæ VII. ſub datum in Arce Gandulfi 13. calendas Nouembris 1664. videlicet niſi ad ſacramenta penitentiæ Euchariſtiæ, & extremæ vnctionis, miniſtranda Monialibus, vel alijs perſonis infirmis ibidem degentibus, nec non ad commendandam animam agonizantium; Confeſſarius verò regularis numquam ingrediatur, niſi cum ſocio, qui ſit probatæ vitæ & maturæ ætatis, videlicet excedens ætatem 50. annorum, ſemperque maneat in ea parte Monaſterij; qua Confeſſorem videre, & ab ipſo videri ſemper poſſit; Inſuper Confeſſarij, tam regulares, quam non regulares, quotieſcunque ad ſacramenta miniſtranda ingreſſi fuerint, conſocientur à duabus ſaltem ex Monialibus prouectioris ætatis, in

qua-

quarum conſpectu ſemper, & vbique ſint, & per Monaſteria non curioſitatis gratia officinas inuiſent, ſed per breuiorem viam procedant, & reuertantur.

Et quia dubitare hic fortaſſe aliquis poſſet, an liceat confeſſarijs Monialium ingredi Monaſteria ex occaſione alicuius Monialis defunctæ ad conſociandum eius funus, offitio defunctorum prò ea celebrato, aut exequijs funeralibus intereſſendum, nos autem dubitandi rationem tollere volentes, declaramus ex præcitata conſtitutione Sanctiſs. D. Noſtri Alexandri determinatum fuiſſe, niſi in quatuor caſibus ſupradeſcriptis licere confeſſario Monialium ingredi ſcepta Monaſterij, inter quos non enumeratur caſus exequiarum, aut funerum, aut celebrationis offitij. quà propter nouerint Confeſſarij regulares in hoc caſu ſibi minimè licere ingredi ſcepta Monaſterij, & ſi qui auſi fuerint cõtra præſcriptam formam, & declarationem ingredi, in eos grauiter animaduertemus, prout par fuerit, & pænas violatæ clauſuræ nouerint ſe incurriſſe, non obſtantibus conſuetudine, priuilegijs, peculiaribus religionum conſtitutionibus, ordinationibus &c; Quibus omnibus in præfata conſtitutione ampliſſimè fuit derogatum, quod idem diſpo-

ſitum

ſitum ſit, & eſſe intelligatur de Confeſſarijs non regularibus; quorum omnium Confeſſariorum munus, & cura erit huiuſmodi funeribus, offitijs, & exequijs aſſiſtere ſtando in eccleſia exteriori, ibique orationes, aliaſque pias exequias præſtare.

Et ne labor Confeſſariorum talis, & tantus abſque omnimoda mercede ſit, etiam in hoc ſæculo, aſſignamus ſingulis ſcuta tria iuliorum decem prò quolibet ſcuto in ſingulis menſibus, quibus Confeſſarij contenti eſſe debebunt, expectaturi à Domino Deo præmium laboris adæquatum, quapropter nullatenus poterunt ſiue nomine Monaſterij, ſiue cuiuſcunq; particularis Monialis quocumque titulo, aut prætextu ſibi oblatum quidquam accipere, vltra mercedem præſcriptam, cum idcirco velimus omnino, vt quæcumq; in conſtitutionibus Clem. VIII. ſub datum Romæ 13. Kal. Iulij 1593. & Vrbani VIII. Romæ 16. Octobris 1640. continentur non ſecus ac; ſi hoc in loco ſingilatim exprimerentur, exactè ſeruentur, alias tàm dantes Moniales, quam Confeſſarij etiam regulares recipientes contentas in præfatis conſtitutionibus pœnas luent.

Cumque omni iure conueniat, vt Monaſterium, quod multa ſuſtinet onera in alendis Moniali-

nialibus, etiam ex parte releuetur, & commodum ſentiat, ex ipſis Monialibus profeſſionem emiſſuris, quod ſolet dotis, ſeu elemoſinæ dotalis nomen obtinere; decernimus; vt dos danda per Monialem velandam impoſterum ſit ſcutorum 400. Iuliorum decem prò quolibet ſcuto; prò Conuerſis verò in Monaſterij ſeruitio multum elaborantibus, ſit ſcutorum 150. ſimilium, non obſtante quacumque conſuetudine in contrarium faciente.

Et vt parentes puellarum habitum religioſum in Monaſterijs Monialium ſuſcipientium, vel in eis ſolemnia vota profitentium, ab exceſſu expenſarum, quo ex introducto abuſu prægrauari ſolent, releuentur; Prohibemus omnes huiuſmodi puellarum Monaſteria ad habitum religionis ſuſcipiendum ingredientium, ornatus vanos, ac veſtes precioſas, præcipuè de nouo ad hoc paratas, ſæculi pompam præ ſe ferentes, decet enim, vt quæ cæleſti ſponſo ſacrantur, virtutibus ornentur magis, quam ſæculi vanitatibus, & pompis deturpentur.

Prohibemus pariter ſumptuoſa nimis Conuiuia in huiuſmodi receptione ad habitum, vel in profeſſione ſolemni, ſed taxando huiuſmodi conuiuiorum expenſas parentes ipſos prægrauantes; decernimus, vt pro ſingulis Monialibus loco cõuiuij,

ſoluant in poſterum Iulios 2. cum dimidio in manibus Abbatiſſæ, vel Prioriſſę in frugali, & religioſa menſa inſtruenda ex pendendos; Pro Confeſſario cũ ſocio Iulios 10; pro ſingulis famulis quotidiano, & manuali ſeruitio Monaſterij incumbentibus Iulium vnum cum dimidio; qua pecunia ſic taxata excepta, quidquam aliud cuiuſcumq; ſit qualitatis, & quantitatis, etiam minimæ, dari Monaſterio, vel Monialibus, tam in communi, quam in particulari omnino prohibemus; alias tam dantes, quam recipientes condigna pœna corripientur.

Ad hæc interdicimus etiam omnes, & quaſcumque expenſas pro muſicis, & cantibus ex prædictis occaſionibus in eccleſia exteriori, vel ex alio quocumq; titulo, & prætextu.

Quin immò ex alia quauis occaſione, & ſolemnitate ſemel tantum in anno in eccleſia exteriore Monialium concedemus muſicis decantari, & hoc vbi Monialium ipſarum in muſicis peritia non ſufficiat.

Quià verò redditus cum numero Monialium ſunt commenſurandi; decernimus, ne in Monaſterium recipiatur aliqua in Monialem vltrà numerum à nobis determinandum in ſingulis Monaſterijs; ſed ſolum in locum demortuarum pote-

runt

runt in poſterum recipi, & numerus expleri; ità pariter puellæ educationis gratia non recipiantur vltra numerum in quolibet Monaſterio taxandum, alias licentiæ, tamquam obreptitiæ, aut ſubreptitiæ, nullæ prorſus intelligantur.

Antequam nouitia profeſſionem emittat, parentes eius, conſanguinei, vel tutores, qui rerum eiuſdem exercent adminiſtrationem, conſignent cum effectu, ac omni fictione remota, omnia mobilia, & vtenſilia neceſſaria, & conſueta conſignari, in manu Abatiſſæ, ſeu Prioriſſæ, iuxtà conſuetudinem Monaſterij, cuius conſignationis factæ Abatiſſa, ſeu Superioriſſa Monaſterij fidem faciat cum iuramento in manu noſtri Cancellarij præſtito, alias puellæ non admittentur ad profeſſionem.

Alimenta, quæ prò educatione puellarum debentur Monaſterijs, non niſi in pecunia numerata ſoluantur ſingulis ſex menſibus anticipatè in publico banco deponenda, cuius depoſiti fides ſingulis vicibus in actis Cancellarij noſtri exhibeatur, aliàs grauabitur fideiuſſor ad formam ſuæ obligationis etiam ex officio; Decernimus autem, & taxamus alimenta huiuſmodi ad minus ad quantitatem ſcutorum 40. iuliorum 10. prò quolibet ſcuto in ſingulo anno.

Ex occaſione feſtiuitatum, ſeu ſolemnitatum, quæ in Eccleſijs exterioribus Monialium conſueuerunt celebrari; intellexinus plures flores, ſeu floſculorum manipulos; ſicuti & liba, cruſtula, cupedia belaria, aut alterius cuiuſq; generis edulia à Monialibus diſtribui, vel Sacerdotibus Miſſam celebrantibus, vel laicis perſonis ad ſolemnitatem concurrentibus, quod cum in grauamen directè, aut indirectè Monaſterij, & Religioſæ diſciplinæ redundet; omnino prohibemus, ne Moniales quocumque titulo, donatione, gratitudinis gratia, aut alia quacunque ex cauſa, & occaſione huiuſmodi flores veros, aut fictos; aut edulia ſuperius dicta, vel alterius cuiuſq; generis diſtribuant, aut diſtribuere faciant, etiam ſub prætextu, quod non fiant expenſis Monaſterij, ſed vel particularium Monialium, vel etiam Laicorum conſanguineorum, aut amicorum, ſub pænis arbitrio noſtro infligendis.

Et vt redditus, & pecuniæ ex redditibus Monaſterij recollectæ, tam ex fructibus venditis, quam etiam ex affictibus, vſibus, canonibus, & alio quocumque titulo recollectis ad Monialium Monaſteria pertinentibus in neceſſarijs tantum prò Monaſterio expendantur, & facilis ſemper appareat

ratio-

rationum reddito, nec Miniſtrorum, aut aliorum iniuria, aut negligentia poſſit præfatis Monaſterijs Monialium obeſſe, præcipimus omnibus, & quibuſcunque, Villicis, Factoribus, Exactoribus, Procuratoribus, Affictuarijs, Vſuarijs, Liuellarijs, aut alijs quibuſuis nominibus nuncupatis, vt præfatas pecunias quocumque titulo, vel vſque ad præſentem diem debitas, vel in futurum debendas ponere debeant in publico banco, & ea non releuare, neque expendere, niſi ex cauſa vtili, & neceſsaria Monaſterij, & ex mandato ſignato per manum Abbatiſsæ, ſeu Prioriſsæ, & Sindici earumdem Monialium.

In ſingulis Monaſterijs duo tantum Medici eligantur, & duo Chirurgi.

Quando autem in aliquo Monaſterio alicuius artificis opera erit neceſsaria, vnus tantum in ſingulis artibus eligatur, tàm prò ſeruitio Monaſterij vniuerſi, quam etiam ſingularum Monialium, quibus ſupradictis exceptis nulli alij dabimus licentiam ingrediendi ſcepta Monaſterij ſub quocumque prætextu, & colore, & ſi aliqua apparuerit ſingularis neceſſitas, & in excogitata tunc licentiam neceſſitate cogente ſpecialiter concedemus.

Adeo ſtrictè à ſacris Canonibus, & pontificijs

con-

conſtitutionibus, atque ſacræ congregationis declarationibus Clauſuræ cuſtodia Epiſcopis eſt commiſſa, vt etiam pluries declaratum fuerit vetitum eſſe admittere intra ſepta pueros, aut puellas cuiuſcunque minimæ ætatis: quapropter ne nos à munere noſtro deficiamus, prohibemus Monialibus, etiam regularibus ſubiectis, ne admittant in clauſuram pueros, aut puellas minores ſeptennio, etiam in quacumque minima ætate, etiam ad momentum temporis, ſub pæna excommunicationis ipſo facto incurrendæ, & nobis reſeruatæ, ſicuti quoque prohibemus ne catulos maſculos, aut feminas alant, aut recipiant in Monaſterio.

Moniales nullo anni tempore quacumque ex cauſa, & occaſione deponant veſtes religioſas, vt mulierum ſæcularium, & multo minus virorum habitus induant, aut arma deferant, neque Comædias, aut ſpectacula repræſentent, abſque expreſſa noſtra licentia in ſcriptis danda, quam non concedemus, niſi fuerint repræſentaturæ virtutes alicuius ſancti, aut ſanctæ, cuius exemplo poſſint in diuino amore, pietate, ac religione proficere, quod ſi cum alijs, quam religioſis veſtibus ad portas, vel crates comparuerint, excommunicatione ipſo facto ſubiaceant nobis reſeruata.

In poſterum non concedentur licentiæ famulis eorumdem Monaſteriorum ad ingredienda ſepta Monaſterij, niſi ad neceſſaria, & ſpecificata munera peragenda, opportunis, & determinatis temporibus, itaut ad caſus, & tempora non expreſſa licentiæ conceſſæ nullatenus extendantur, & ſi ipſi famuli ingrediantur in caſibus, vel temporibus non expreſſis quocumque titulo, & cauſa, aut quæſito colore, tam ipſi ingreſſi, quam Moniales ingreſſum permittentes ipſo facto incurrant omnes cenſuras latas contra violantes clauſuram iuxta conſtitutiones pontificias.

Poſtremo autem mandamus omnes & quaſcumq; conditiones, & requiſita in omnibus, & quibuſcumque licentijs contenta, tam quoad ingreſſum clauſuræ, quam ad alloquendum Moniales, omninò, & ad vnguem ſeruari.

Decreti Sinodali ſpettanti alle Monache in Vulgare.

1 LI Confeſſori delle Monache, dalla diligenza, dottrina, prudenza, e deuotione de quali dipende molto il profitto delle ſteſſe Monache, ben ſpeſſo applicaranno alli mezi, & eſorta-

tioni

tioni con le quali, quelle Sacre Vergini poſſino auanzarſi nella gratia del loro Celeſte Spoſo, il che riuſcirà principalmente con la frequenza de Santiſſimi Sacramenti della Confeſſione, e Communione, a'quali ſe bene, per loro inſtituto, ſiano forſe tenute vna volta al Meſe ſolamente, nondimeno le conſigliamo, e caldamente eſortiamo à frequentarli più ſpeſſo, per maggiormente auanzarſi nella perfettione religioſa, alla quale ſono obligate di ſeriamente aſpirare; per il che li Confeſſori ſiano ſempre pronti amminiſtrar li Sacramenti della Confeſſione, e Communione alle ſteſſe Monache ogni, e qualunque volta quelle ricercaranno; anche più volte il Meſe per ſola deuotione; Non douranno però li Confeſſori aſcoltare le Confeſſioni, ne prima del naſcere del Sole, ne doppo la caduta di quello.

2 Non entrino li Confeſſori ne Monaſteri delle Monache ſe non in conformità, e tenore della Bolla di N. S. Aleſſandro Papa VII. ſotto la data di Caſtel Gandolfo alli venti d'Ottobre 1664. cioè. Sarà lecito entrare alli Confeſſori delle Monache ſolamente per amminiſtrare li Sacramenti della Penitenza, Euchariſtia, Eſtrema Vntione, e raccomandar l'anima ad Inferme, & Agonizante

in

in quelli, & il Confeſſore regolare, dourà ſempre entrare con vn compagno di vita approuata, e matura, cioè d'anni ſopra i ~~quaranta~~, quale nel cinquanta tempo, che li Confeſsori amminiſtrarà Sacramenti, dourà ſempre ſtare in tal poſto, che vegga il Confeſsore, e da quello ſia veduto, lontano però in modo, che non oda le Confeſſioni; & li Confeſsori tanto regolari; quanto non regolari ogni volta, che entraranno in Clauſura ſijno accompagnati da due Monache almeno delle più prouete in età, ne da quelle mai ſijno laſciati; ne ſia lecito à quelli, per curioſità vagare per il Conuento, ò Monaſtero, mà vadino, e ritornino, per la ſtrada più breue, ne ſi trattenghino più di quello ricerchi neceſſariamente l'amministratione de Sacramenti.

3 E perche forſe potrebbe alcuno dubitare ſe ſia lecito à queſti Confeſſori di Monache, d'entrare in Monaſtero, per occaſione de Funerali di qualche Monaca, ò altra morta nel Monaſtero, per accompagnare il Cadauero alla ſepoltura, aſſiſtere all'Offitio, ed Eſſequie, ò altro ſimile &c; Noi per leuare ogni dubietà, dichiariamo à queſti, inherendo alla Conſtitutione di Noſtro Signore Aleſſandro VII. ſopra citata, non eſſer lecito à Confeſsori entrare in Clauſura per ſimile occaſione

ne de Funerali; mà ſolamente ne' quattro caſi, ſopra deſcritti, cioè per amminiſtrare il Sacramento della Penitenza, Euchariſtia; & Eſtrema Vntione à gl'Infermi, e raccomandar l'anima à gl'Agonizanti, e non in altro caſo; per lo che li Confeſſori regolari ſpecialmente auertino bene, che doppo, & atteſa la predetta conſtitutione, non poſſono entrare in Clauſura per cauſa, ed occaſione de Funerali, in modo alcuno, e ſe contro queſta preſcritta forma, e dichiaratione ardiranno entrare, noi ſeueramente procederemo contro di loro, come ſarà di douere con le pene di violata Clauſura, ne à queſto, oſtaranno conſuetudini Priuilegij, ò Conſtitutioni de Regolari, quale ſono abrogate à queſto effetto dalla Conſtitutione precitata di Noſtro Sig. Aleſſandro VII; Il che s'intenda ancòra hauer luogo ne Confeſſori non regolari, e gl'vni, e gl'altri potranno eſequire il loro Offitio, con il ſtare nella Chieſa eſteriore, ed iui recitare l'orationi, ed Eſſequie ſolite recitarſi ne Funerali.

24 Et acciò la fatica de Confeſſori, non picciola, habbia anche in queſto Mondo qualche mercede, gl'aſſigniamo Scudi tre da Giuli dieci per Scudo al Meſe, della quale mercede douranno li Confeſſori reſtar ſodisfatti, aſpettando il premio

E ade-

adequato delle loro fatiche dal Sig. Iddio; laonde non potranno pigliare ne dal Monaſtero ſteſso, ne dalle Monache particolari coſa alcuna ſotto qual ſi voglia titolo, e preteſto, oltre la ſudetta taſsata mercede, volendo noi per ogni modo, che quanto ſi contiene nelle Conſtitutioni di Clemente VIII. data in Roma ſotto li 19. Giugno 1593. e d'Vrbano VIII. data in Roma li 16. Ottobre 1640. tutto come ſe foſse in queſto luogo diſtintamente eſpreſso, s'oſserui preciſamente, altrimenti tanto quelli che riceueranno, ancorche regolari, quanto le Monache iſteſse, che donaranno, ſoggiacciano alle pene diſpoſte nelle prefatte Conſtitutioni.

5 E perche è conueniente, che il Monaſtero, che ſoſtenta molti peſi in alimentare le Monache, ſij anche in qualche parte ſolleuato, e ne riceui qualche commodo; maſſime da quelle, che ſono per far Profeſſione, il che ſuol denominarſi cō titolo di dote; determiniamo, che per l'auuenire la dote da darſi per le Monache Velate, ò da Choro ſia di Scudi 400. da Giuli dieci per Scudo, & la dote da darſi per le Conuerſe; che molto s'affaticano per ſeruitio del Monaſtero, ſia di Scudi 150. ſimili, non oſtante qualſiuoglia conſuetudine in contrario.

6 Et acciò che i Parenti delle Citelle, che ne Monaſteri delle Monache riceuono l'Habito Religioſo, ò fanno ſolenne Profeſſione, reſtino ſolleuati dall' eccesſo delle ſpeſe, che per abuſo ſono troppo accreſciute; Prohibiamo tutti li ornamenti vani di quelle Citelle, e maſſime le Veſti noue, e pretioſe, che ſi preparaſſero per veſtirſene in occaſione dell'ingreſſo nel Monaſtero, perche queſte ſono vanità, e pompe ſecolareſche, e conuiene più toſto, che quelle Vergini, che ſi conſacrano al Celeſte Spoſo, s'adornino col pretioſo amanto delle Virtù, che imbrattarſi con vanità, e pompe del ſecolo. Prohibiamo parimenti i conuiti troppo ſontuoſi in occaſione di ſimili ſolennità, cioè nel riceuimento dell'Habito Religioſo, e ſolenne Profeſſione, mà taſſando le ſpeſe, che troppo aggrauano i Parenti, determiniamo, che per ogni, e ciaſcheduna Monaca in luogo del Conuitto, paghino due Giuli, e mezo in mano dell'Abbadeſſa, ò Priora, da ſpenderſi in preparare alle Monache vna menſa religioſa, e frugale; per il Confeſſore, e compagno, paghino Giuli dieci; per ciaſcheduno de Seruenti, che giornalmente ne ſeruitij manuali del Monaſtero ſtanno impiegati, paghino vn Giulio, e mezo; prohibendo omninamente il dare alle

Mona-

Monache, ò al Monaſterò sì in particolari, come in commune altra coſa di che qualità, e quantità ſi ſia anche minima, oltre il taſſato danaro, altrimenti tanto quelli, che daranno, quanto quelli che riceueranno, ſaranno da noi puniti, e corretti, come ſarà il douere. In oltre prohibiamo ancora tutte le ſpeſe in Muſiche, e Canti, che nella Chieſa eſteriore delle Monache, per le predette occaſioni ſi faceſſero. Anzi per qual ſi voglia altra occaſione, e ſolennità non concederemmo la Muſica nelle Chieſe eſteriori delle Monache, che vna ſol volta all'anno, e non più; e queſto ancora doue le Monache da ſe non ſono ſufficienti à far la Muſica in tal occaſione, e ſolennità.

7 Determiniamo in oltre, che in qual ſi voglia Monaſtero, non ſi riceua Monaca, ne Velata, ne Conuerſa ſopra il numero da taſſarſi da noi, conforme l'entrata di ciaſchedun Monaſtero, mà ſolo per l'auuenire potranſi accettare, e veſtire Monache in ſupplemento d'altre, che foſsero prima morte; così ancora, non ſi riceueranno educande ſopra il numero da determinarſi da noi à ciaſchedun Monaſtero, e nella ſteſsa forma, altrimenti le licenze impetrate ſiano nulle, come obretitie, ò ſubretitie deputate.

8 Ti-

8 Prima, che alcuna Nouitia facci Profeſſione, douranno li di lei Parenti, Tutori, ò altri Adminiſtratori, consignare, & hauer conſegnato in effetto, ſenza alcuna fintione, tutti li mobili, & vtenſili neceſſarij, e ſoliti conſignarſi, per tal'effetto, in mano all'Abbadeſſa, ò Priora, della qual conſegna, dourà eſſa Abbadeſſa, ò Superiora del Monaſtero farne fede giurata in mano del noſtro Canzelliere; altrimenti prohibiamo l'admetterſi quelle Nouitie alla Profeſſione.

